

Alte Drucke

**MARCI || TVLLII CICE|| RONIS LIBER DE || AMICITIA. || Cum
annotationibus D. Erasmi Rote|| rod. & Melancht. hoc
signo *|| prænotis.**

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae, MDXXXVIII

ANNOTATIONES IN LIBRVM, DE AMICITIA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154833

ANNO-TATIO- NES IN LIBRVM, DE AMICITIA.

CVM sæpe multa narraret.) Quoties iungunt hæc duæ uoces, cum & tum, solet conuenire modus uerborum, quod mirū est hic non fieri, nisi forte pro narraret, legendum est narrare. 2. P. Sulpitio utebare multū.) Pro multū fuisti familiaris. Satis noue dictum est, nam usitatus, multus mihi cum illo fuit usus. 3. Ne inquam, & inquit, sæpe ite.) Hunc locū subtaxat Valla in præfatione dialogi de libero arbitrio, sed argute magis q̃ grauitè, nam Cicero nō enumerat uerba, sed ostendit genus sermonis, quod submolestum esse solet iteratione. 4. Sibi suo tempore.) Sibi additum est, non perinde festiuitatis gratia, atq; ut respondeat dandi casui, qui mox sequitur Reipub. 5. Eam uiriditatem.) Vigorē appellat uiriditatē, nam languescit uiror in his, quæ marcescunt. 6. Quæ se inquiete.) Aut subaudiendū de, quæ de se, aut addēdum, in nonnullis, pro qua habebatur quæ, quæ lectio mihi magis arridet, ut referatur ad uerbū diserebat ea, quæ 7. Quia cū Scipione uixerim.) Nō inficior, quia iungū uerbis subiunctiuis, sed haud scio, an scriptū fuerit qui. 8. Aequè Græcorum.) Legendū arbitror, eaq; Græcorum, ut sensus sit, ne doctorū quidem omnium hæc esse consuetudinē, sed tantum Græcorū. 9. Nisi in bonis.) In bonis Græco more dixit, pro inter bonos. 10. Qui assequuntur, quantum homines possunt.) Assequitur, positum uidetur pro sequuntur ut Græci dicunt ἀκολουθοῦν. Quāq; in alijs legitur sequuntur. 11. Ex infinitate societatis.) Rursus infinitatē dixit, haud scio unde. Nam ab infinito nō potest dici, infinitas, sed ab infini potest, quod tamē in usu non est, quæadmodum ab affini dicitur, affinitas. Nisi quod in nonnullis exemplaribus habebatur, ex infinita generis humani societate. 12. Nihil aliud nisi.) Et nihil aliud q̃, utrunq; la-

IN LIB. DE AMICITIA

tunc dicitur. 13 Preclare illi quidem.) Rursus iunxit,
 quidem & illi, quod alibi notauimus. 14 De his comu-
 nis uita contenta.) His contenta est, uisarius dicitur de
 his contentus sum, nescio an latine dicatur. Videndum
 igitur an locus mendo uacet. ac plane puto. 15 Vita ui-
 talis. Sic enim Greci βίωσις, quasi dicas uiuibilis
 uita. Nam iuxta ueterum exemplaria lego principio,
 cui potest esse uita uitalis. Non quis potest, ut in non-
 nullis scriptis uisitur. 16 Quo cum omnia.) Ego malim,
 qui cum omnia. 17 Opes ut colare.) Hic palam distin-
 guit opes à diuitijs, licet altera res, altera soleat comi-
 tari. Inopia est amicorum magis quam rei familiaris, & po-
 tētię uerius quam egestatis. 18 Citat alibi.) 19 Luxurię cō-
 ditione.) Conditione dictum hic uidetur, non à condē-
 do, sed à condiendo, inter iuuenes autem his etiā de re-
 bus solet esse concertatio. 20 Ab amico quippiam con-
 tendisse.) Attende recte dici, hoc à me contendit pro
 eo quod erat, hoc à me constanter petiit. 21 Neque im-
 munis, neque superba.) Immunē dixit, quod abhorreat
 à cōmuni functione uitæ, quemadmodū olim philoso-
 phi, & hodie monachi quidam, abhorrentes à functio-
 nibus uitæ cōmunis. 22 Amabilissimum nodum.) Ab
 huiusmodi nominibus raro uidem⁹ superlatiua. Quis
 enim legit mirabilissimus? aut quis sic ausit loqui. 23
 Neque deligat.) Neque & nec coniunxit. Id annotauit ob
 quosdā in his minimis superstitiosos. 24 Intolerabili⁹
 fieri potens.) Fieri dictū uidetur, pro esse, Grecorū more
 γίνεσθαι siue γίνεσθαι. 25 Quasi termini diligendi.) Aut
 diligendi dixit, pro undique eligendi, aut dirigendi legē-
 dum est. 26 Quam multa enim.) Quāto sanctius hic,
 quā theologi quidā, qui docent ordinem charitatis.
 27 Edixero.) Videtur usurpasse pro dixero. 28 Est cum
 quatenus.) Græco tropo est usus, est ubi, pro alicubi,
 est quatenus, pro aliquousque, est quādo, pro aliquādo,
 est: ut uir uiro præstet aliquo modo uir uiro præstet.
 29 Medioere telum.) Telum noue dixit instrumētum.
 Nam telo assequimur, quod ferimus. 30 Quasi aquis
 tempestatis.) Aequē mendose, ni fallor, in alijs scrip-
 ptum

ERAS. ROT. ANNOT.

pram habebatur, equis temperatis, legendū arbitror,
equis tentatis. Nam modice tentamus equos, priusquā
laxemus illis frenos ad cursum, ita non statim recēti
amico per omnia fidendū. In uetustioribus exempla-
ribus habebatur a quis, non equis, & hæc lectio magis
etiam arridet mihi. Quandoquidē cursus non minus
nauium dicitur, q̄ equorum, & nautæ demissa bolide
tentant profunditatem aquarum, priusquā passis ue-
lis se credant arbitrio uentorum. 31 Periclitatis mori
bus.) Periclitatis pro expertis, & experimento proba-
tis, dixit passiuē. 32 In bonis rebus.) Noue bonas res
dixit secundas, malas, aduersas. 33 Sicut aliarū rerum
societates.) Licet reclamant omnes quos uiderim co-
dices: Tamē dubitandum non est quin pro societates,
legendū sit facietates. 34 Patres esse duxerunt.) Hec
id est, existimant ita planē usurpauit. Licet eos
quoq; ducimus esse patres quos patrum habem⁹ loco,
cum sciamus non esse. 35 Aliter enim amicitia stabili-
les.) Aliter pro alioqui, sicut ante cōmonstrauimus.
36. Quanta maxima potest.) Hanc loquendi formam
nullus auderet sequi, nisi Ciceronē autorē haberem⁹.
37 Ad amicos redundat infamia.) Ab inundatione,
quæ ripas egressa, proxima quæq; comprehendit, atq;
inuoluit, usitatus tamen est, recidit. 38 Et alterum
acquirat.) Rursus acquirit dixit, pro adiungit & lucro
apponit. Ibidem. Quæq; ipsi non tribuunt amicis. Ali-
ter tribuimus amicis, quod illis ascribimus, aut etiam
concedimus, aliter hic dixit, tribuunt amicis, pro eo
quod est præstant, atq; in hoc sensu planē rarum est.
39 Colent se inter se.) Satis erat, colent inter se, & ita
fortassis à Cicerone scriptum erat. 40 Tum eleuare,
id est, leuius reddere, unde eleuatur autoritas homi-
nis, cui pondus detrahitur. 41 Coaptatio.) Ita ferme
deprauatum est in omnibus libris, cum scribendum sit
cooptatio, 42 Hodie me ante omnes.) Duo senarij
trimetri sunt ex fabula, cui titulus Epicureus.

FINIS.